

monitis erudiri, &c. Et post multa concludit: Frequenter enim vidimus, de frigidis, atque carnalibus, id est, de secularibus, atque paganis ad spirituales pervenisse fervorem: de tepiditate animalibus omnino non vidimus. Cum qua sententia congruit illud S. Bernardi ad Richardum Fontanensem Abbatem: ejusque socios. Multo facilius, inquit, reperias multos faculares converti ad bonum, quam unum quempiam de Religiosis transire ad melius. Rarissima avis in terra est, qui de gradu, quem forte in Religione semel atigerit, vel parum ascendat.

REMEDIA.

Plura hujus torporis remedia sunt. Primum quidem, firmum in animo de emendanda via propositum statuendum, & divinum auxilium implorandum, ut sancti in omnibus tribulationibus, & negotiis gravibus fecere, quo fortiter illud superatis omnibus, quae incidere solent, diffcultatibus, exequi possit. Secundo, Confessionem generalem, vel de tota vita, vel de eo temporis intervallo, quo languescere coepisti, cum singulari cordis contritione institue, & ad factam Eucharistiam accede. Quae sumpta tibi ipse ordinem, rationemque meditando, orando, pios libellos lectitandi, & alia hujusmodi describe, deinceps accurate observanda. Tertio, singulis mensibus, aut majoribus festis, vel bis quotannis idem propositum renova. Si enim veteres d. exemplo S. Antonii, quotidie soliti erant vitae instituendae propositum renovare, ut quotidie ad mortem parati essent, & dicere cum regio Propheta: Et dixi, nunc coepi, haec mutatio dexterae excellentis. Quarto, magis nos precipuis aliquibus totius anni diebus Experimento in multis probatum est, renovatio nem illam celeberrimam magnopere profuisse ad conservandum, vel renovandum veterem fervorem spirituum.

Quarto, si tepiditas illa nimis alta in animo tuo radices egisse videatur, ut communi illo antidoto agere evelli possint, imitare exemplum eorum, qui medici corporalis consilio ac duldas quantumvis longe remotas petunt, ut potu caetum diuturnior inhaerentem morbum repellant, hoc est, cum medici spiritualis consilio in secessu aliquo ab hominum consuetudine separato, recogita cum Ezechia rege omnes superioris vitae an nos in amaritudine animae tuae, commentationes aliquas de finem, ad quem a Deo conditus es, de variis Dei beneficiis in te collatis, de peccatorum gravitate, de mundi vanitate, de hominis novissimis, de vita, Passioneque Christi Domini institue, experientiaque hac solitaria spiritus exercitatione tantum in animo ignem accendi, ut tepiditas tua suum deinceps retineat non possit.

Hanc secessionem discipulos docuit Christus, cum eis dixit Marc. 6. 13. Venite seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum. Quo loco sic habet Eustymius: Docemur hinc oportere, Ecclesiae Magistros non semper se exponere multitudini, sed cum datur opportunitas, retrahi, ac solitarios esse, mentemque ab exteriori distractione revocare. Consule locum de ACEDIA.

Terminus

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Terminus proprie est limes, qui agrum ab agro dividit, a terendo ita dictus, ut placet Var. lib. 4. de ling. Latina; eo quod extremae illae agrorum partes maxime terantur. Graeci τέρμα dicunt, quod idem significat. Unde Termen praefixi dicebatur, Hebraei גבול appellant, vel סופ. Et per translationem pro cujusque rei fine usurpatur.

TERMINORUM HONOR.

Superstitiosa Antiquitas huc etiam infantia prorupit, ut terminos, sive limites agrorum, regionumque Deos existimarent in quorum tutela agri erant: unde & sub aperto eum collocabant certo ritu, de quo infra, & sub dio illos colebant, ut est auctor Festus, nefas enim putabant Terminum sub tecto consistere. Unde Ovid.

Terminus, sive Deus, sive es desossus in agro Limes, &c.

Struxit tamen Terminos, & fidei sanum Numa, ut est auctor Plin. in Numi.

Terminalia Festa erant, quae mense Februario ad Cal. Martias celebrabantur in Termini honorem.

CULTUS.

Termini regionum, & agrorum, quam superstitiose culti fuerint, notius est, quam ut hic ostendere opus sit. Unum Ovidii locum pono:

Et cautes Laudes, Termine sanctes, tuas. Ara fit huic, ignem curta fert rustica testis. Sumptus de tepidis ipsa colona facis. Lingua senex minuit, concisique confratit alio, Et solida ramos figere pugnat humo. Tunc sicco primas irritat cortice flammam: Stat puer, & manibus lata canistra tenet. Inde ubi ter fruges, medios immisit in ignes: Porrigit incisos filia parva favos. Vina tenent alii: libantur singula flammis Spectant, & linguis candida turba favet. RITUS, QUO PONI SOLITI.

FORUMQUE EXTIRPATIO. Ritus, quibus collocabantur termini, describit Siculus Flaccus. Unguento, velaminibusque, & coronis eos coronabant: in fossis autem, quibus eos posuisti erant, sacrificio factio, hostiaque immaculata caesa, facibus ardentibus in fossa cooperiti sanguinem infillabant, coque thura, & fruges jacebant: & favos quoque, & vinum, aliaque, quibus consuetudo est, Terminis laetum fieri, in fossa adiecerant: consumpsi que omnibus dapibus igne, super calentes reliquias collocabant. Detestabantur hanc superstitionem Christiani, quia omnes passim termini insecti, & quos idem certum sustulerunt: ita ut quantumvis multa ex aliis Ethnicorum monumentis ad posterorum aetatem pervenerint, ex tanto tamen terminorum numero vis pauculus superesset. Erunt sunt, & consilia idolorum odio: eorumque loco passim in nobilissimis Regionum terminis videmus esse Cruces quae interdum ipse termini sunt. Ita nimirum decuit limites idololatria infectos expiare Cruce erecta. Ab hac mente est, quod ab Andrea Archiepiscopo Crux vocatur, finium descriptio. De terminis, quos Christiani contrefecerunt. Prudentius.

Lapis illic Si stetit antiquus, quem cingere sive verat error. Fasiolis, vel gallina pulnone rigore. Frangitur, & nullis violatur terminis exis: Et quae summissae arbor vitata huerunt. Servatas, cadit ultivici succisa bipenni. TERMINI IMPERII, Ditionibus, Regionibus praefixi, indicati. & Pote ex loco de insignibus. Tit. Insignium monumentorum. xpo. 1. 2.

Terra.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Terra Graece γη, Hebraice אדמה, terra rufa, unde & Adam quasi formatus de terra rufa, qualem reperite est in agro Damasceno juxta Hebron, ut tradunt Heb. Alioquin generaliter Terra ab Heb. dicitur ארץ, vel אר. ראשון, id est calcare, quod ab hominibus, & jumentis calcetur, quomodo Latine terra a terendo dicitur, ut vult Varro: Nisi dicamus deduci a rad. ראשון, id est, voluit, concupivit, quod semper appetat fructum producere. Sunt, quia ab Eretis Hebraico, deducant Germanicum Erde.

Est igitur terra unum ex elementis, in medio universi immobilis: liquidum omnia corpora gravia ad centrum terra feruntur; figurae rotunda, sive globosa, aut sphaerica, ut variis experimentis comprobant Mathematici; sicca, & frigida, ac summe gravis.

ACCEPTIONES VARIAE.

Terra varias acceptiones ita distincte nonnulli numerant. Generaliter significat totam hanc inferiorem elementarem regionem. 2. Terra elementum, quod partim aquae, & rigatur, partim ab hominibus incolitur. 3. Specialis accipitur pro regione, vel Provincia aliqua, seu terra particula, ut terra Aegypti, Chanaan, &c. 4. Nonnunquam pro infimo loco, ut caelum pro summo. 5. Aliquando illam proprie regionem designat, de qua in contextu formo habetur, ut Gen. 13. 6. & 34. 10. & 36. 7. & alibi saepius. 6. Circumiacentes regiones denotat, ut 2. Corin. 9. 2. 23. & c. 7. Sumitur pro exigua quadam portione, & brevi spatio in regione aliqua, ut Gen. 23. 15. & aliis locis passim. Item significat paululum terrae, ex qua aliquid compingitur, ut Exod. 20. 24. & alibi. 8. Superficies terrae, in qua quis agit, vel patitur aliquid, Genesi. 33. 7. Exod. 34. 8. &c. &c.

EJUS

EJUS PRODUCTIO. A QUO QUANDO, ET CUR FACTA?

Exordium historiae mundi, quam Moyses descripsit, ita se habet. In principio creavit Deus caelum, & terram q. d. In initio temporis & mundi, sive ante omnia, Deus ex nulla materia praerjacente produxit, iubendo ita nuncupata: quae ob regionum, quas complectitur, amplitudinem Novi orbis nomen obtinuit. Haec mundi pars veteribus incomperata, anno Sal. nostrae 1492. inventa fuit. Ac circa idem tempus Lusitani maria omnia obeuntes repererunt Brasiliam, quae America longo tractu continuatur. Dicta nunc Brasilia ab ejus nominis ligno: cum antea, quo tempore primo inventa fuit, a Crycis ligno, quod in ca Lusitani crexerunt. Terra erecis vocaretur. Non desunt tamen, qui novum hunc orbem jam praeficit temporibus exploratum, sed ejus notitiam posterioribus saeculis intermotum fuisse contendunt: esseque eam insulam, quam Critias apud Platonem, Atlaticam vocat, orbis nostro oppositam, vero ponto, id est Oceano adiacentem: quamque ibidem existentia Aegyptiorum (referente Solone in Timaeo) vehementer terrae motu, & aquarum illuvie absorptam fabulantur. Aliis nunc placet totam continentem in tres partes distribuere: ut prima comprehendat Europam, Asiam, Africanam, secunda Novum orbem: tertia Australem sive Magellanicam terram, paucis adhuc littoribus exploratam. Aliae divisiones quibus singula mundi partes minutè exacteque distribuuntur apud Geograph. & Topograph. quaeruntur, quia neque hujus instituti sunt, neque ejus quam affectamus brevitate.

DE TERRA MAGNITUDO. De Terrae magnitudine non parva tam inter veteres, quam inter posteriores Philosophos, & Geographos diftensio exitit, ut constat ex iis, quae scriptis Plin. l. 2. nat. hist. c. 108. Macro. lib. 1. in Somn. Scip. Beda in l. de rat. de temp. Nos ceteris omissis, Aristotelis, & quorundam aliorum sententias proponemus. Ambitus terrae continet, ut creditur

Table with columns for ancient geographers (ARISTOTELIS, ERATOSTHENIS, HIPPARCHUS, etc.) and their measurements of Earth's circumference in stadia and milliaria. Includes a section for 'Diameter terrae continet, ut putat'.

Adverte tamen in commemorandis horum auctorum sententiarum non convenire scriptores. Nam quidam ex Eratosthenis placito aucti ambitum completi stadia 25000. milliaria 21250. Virtutius autem, Macrobius, Capella, & Plinius afferunt ex eodem continere ea, quae nos depinximus. Discrepantium hanc in assignanda terrae quantitate oriri vult ex mensuram quibus uti sunt, dissimilitudine: vel certe, quod in deducendis stadiorum, & milliarium numeris aliqua deceptio intervenerit. Quo autem pacto terrae magnitudinem Geometrae deprehendant, explicat Maurolycus ex Ptolemeo in 5. dial. sive Cosmogr. Joan. a Sobrotopico c. 1. sive Sphaera.

Porro terram visum Firmamentum, & superiorum orbium esse inflat puncti communis est sententia. Proinde rectè Plin. l. 2. nat. hist. c. 68. Mundi punctum, inquit, (neque enim est, aliud terra in universo) haec est materia gloriae nostrae, haec sedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam civitum, mutuisque sedibus laxiorem facimus terram. Et ut publicos gentium furores transcam, haec in qua conterminos pellimus, furtiveque vicini cepimus nostro solo affodimus, ut qui lassitudine rura mercatus fuerit ultraque fines exegerit accolae, quata terrarum parte? vel cum ad mensuram avaritiae suae L. B. Theatr. vit. & Hum. Tom. VII.

propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat. Haec ille.

TERRAE TOTIUS DIVISIO.

Dividebatur orbis ab antiquis in Europam, Asiam, & Africanam. Nunc quarta pars adjecta est, videlicet America, ab Americo inventore ita nuncupata: quae ob regionum, quas complectitur, amplitudinem Novi orbis nomen obtinuit. Haec mundi pars veteribus incomperata, anno Sal. nostrae 1492. inventa fuit. Ac circa idem tempus Lusitani maria omnia obeuntes repererunt Brasiliam, quae America longo tractu continuatur. Dicta nunc Brasilia ab ejus nominis ligno: cum antea, quo tempore primo inventa fuit, a Crycis ligno, quod in ca Lusitani crexerunt. Terra erecis vocaretur. Non desunt tamen, qui novum hunc orbem jam praeficit temporibus exploratum, sed ejus notitiam posterioribus saeculis intermotum fuisse contendunt: esseque eam insulam, quam Critias apud Platonem, Atlaticam vocat, orbis nostro oppositam, vero ponto, id est Oceano adiacentem: quamque ibidem existentia Aegyptiorum (referente Solone in Timaeo) vehementer terrae motu, & aquarum illuvie absorptam fabulantur. Aliis nunc placet totam continentem in tres partes distribuere: ut prima comprehendat Europam, Asiam, Africanam, secunda Novum orbem: tertia Australem sive Magellanicam terram, paucis adhuc littoribus exploratam. Aliae divisiones quibus singula mundi partes minutè exacteque distribuuntur apud Geograph. & Topograph. quaeruntur, quia neque hujus instituti sunt, neque ejus quam affectamus brevitate.

DE TERRA HABITABILITAS. Antiquis per summum fuit mediam Zonam ardore flagrare, duas extremas frigore obrigere, ita, ut incolari ab hominibus non possent, quia constat solis accessu terram calefieri, abcessu perfrigerari: ut aestatis, & hyemis, diei & noctis, meridiani temporis, & aliorum diei partium, vicissitudo varietateque ostendit. Item, quia videmus, quo solares radiis per lineas magis ad perpendicularum accedentes in terram incumbunt, eo acius utere. Quare hinc necessaria, ut ipsi putabant consequentia deduxere, eam terrae partem, ut ipsi putabant circulo subiecta est, ob solis propinquitatem radiorumque directo ferientium vim torridam esse: eas quae utrinque polo subsunt, aut eis circumcirca viciniores existunt, propter solis absentiam, & radiorum obliquitatem, nimio frigore torpere: reliquias tantum duas caeli benignitate, & elementa temperatas esse.

Haec fuit antiquitatis opinio, haec ejus argumenta, quae perstrinxit Arist. l. 2. Meteor. c. 5. Cicero in fragm. lib. 6. de rep. Philo Judeus in libro, qui inscribitur. Quis verum divinarum heres sit. Plin. loco cit. Beda in libro de rat. de temp. c. 32. D. Thom. 1. p. qu. 112. art. 2. ad 4. Scotus, & Durandus 2. dist. 17. Ceterum omnino compertum est, nullam esse mundi oram, quae ob caeli intemperiam ab hominibus non incolatur, aut incolari reipsa non possit. Quod jam experientia compertum est, habitari nempe in Aequinoctiali plaga, intra, & extra Tropicos: immò neque sub polis, praesertim Arctica, habitationem a natura prohiberi, sed aliquot ibi terrae tractus incolari, ut commemorat Olaus Magnus l. 1. de partibus Septentrionalibus, est Ptolemeus nihil ultra Thylem ultimam describat, quae tribus ferè gradibus Circulum egreditur.

Ubi autem major est, excellencia, utraque incommoda arte declinantur: caloris quidem, indigenae cavernas, & subterranea loca subeuntibus; frigoris vero, varii generis pellibus sese conteguntibus. Accedit etiam consuetudo, quae per sepe difficili reddidit tolerabiliora, & ut dici solet, naturam facit. Et verò, quemadmodum ad moderandum Aequinoctialis plagae aetum multae naturales causae concurrunt, & sub polo non deerunt aliae, quae ad aliorum vehementiam mitigandam valent.

Vide Antipodes. Et quare in Loco de Geographia, omnem Terrae ambitum quae modo cognita est, & quibus Provincias unaquaque Regio decorretur ex P. Berti Conatibus.

TERRAE SUPRA AQUAM ALTITUDO.

Controversia vetus fuit, an terra mari depressior sit, necne? Afirmativam partem cum Cic. l. 2. de nat. Deor. tenent plerique afferentes Deum aquas in unum locum congregando duos globos efformasse, terrae unum, aquae alterum, quae quidem, quod non descendat, evenit ex propensione, quam habet ad figuram sphaericam: vel certe ex divina potentia beneficio, propter hominum habitationem, & vitam commodiorem, impenso. Sed negativa est verior terram aquis altiore esse, nam proprius aquarum motus est ferri ad declivia, unde & flumina

na prono cursu tendunt ad mare, à quo oriuntur: & Insulae nihil aliud sunt, quam eminentiores terrae partes in aqua extantes. Immo David factus orbem terrae super maria fundatum. P. 23. & alias. Quando ergo dicitur, terram cum aqua unum effecere globum, non id accipiendum est mathematicè, aut iuxta Geometricam rotunditatem, sed communi modo intelligendi, ut globosum vocetur, etiam si aliquas partes habeat eminentiores. Deus enim ingentem cavitatem, & sinum in terra aperuerat, quibus aquae receptae sunt, & infra ipsam terram depressa.

Terra-motus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Terra-motus, qui quæpius Græcis, est commotio quadam illius facta ab halitu, seu spiritu illius visceribus incluso, & foras exire contendente. Cum enim is viam, qua exeat, non inveniat, retro fertur, & in se revolvitur: dumque convellere sumum clausuram nititur, motum, ac tumultum quandam excitat: quod minus mirabitur, qui attendet, quomodo ventorum violentia, ingentia saxa, & moles varieg ex uno loco in alium transferantur. Atque in animantibus concitatione spirituum plura fieri adeo robusta, & fortis, ut fidem excedant, dum narrantur.

CAUSA, MODI, TEMPUS TERRÆ-MOTUS.

Causas Terræ-motus alii alias assignant. Qui mundum animatum existimant, etiam docere hunc motum aliud non esse, quam inaequalem pulsam arteriarum, & meatuum vitium obturationem. Thales Milesius, qui terram aquæ innatare asseruit, voluit etiam illius motum quasi per procellas concitari. Democriti causa huius motus visa est, aqua pluvia è terræ cavernis vi repulsa.

Anaximenes Milesius terram sui motus causam dixit, dum intra se excita, & labefacta in præceps volvitur. Quod etiam Lucretius lib. 6. poematis suis expressit.

Terra superna tremis, magnis concussa ruinis, Subter ubi ingentes speluncas subruit ætas: Quippe cadunt toti montes, magnaque repente Concussa late discernunt inde tremores, &c.

Verissima est, sententia Peripateticorum, qui causam terræ-motus assignant halitum, seu spiritum terræ visceribus inclisum, & foras exire contendentem. Siquidem terra multis modis calore recipit, & halitum emittit, qui ubi intra eam agitur, ut illam impellat, sonitum, & motum concitat, ac instat pulveris tormentarii, qui correptus igne, turrim, aut solum commovet, cui imponitur.

Non tamen sola exhalatio terram commovet, sed insuper ignis, & ventus in terræ specubus receptus, & intra illius visceris retentus. Quod autem motum hunc commovet sonus, sit propter reverberationem spirituum: que cum sit varia, etiam non unus est sonus, qui percipitur. Aristoteles illum expressit, quem boves emittunt, de quo Virgilius lib. 6. Ænid.

Sub pedibus magis solum, & iuga celsa moveri.

Porrò quolibet anni tempore observatum est, terram concuti posse, Verno in Sicilia an. 16. Caroli V. 10. Cal. April. Æstate in Milena an. 20. eiusdem Caroli V. Cal. Julii, Autumno, in Italia Puteolis 18. an. eiusdem, prope Cal. Octobr. Hyeme etate Alberti in Longobardia, & in Italia Bononiæ 3. Cal. Januar. Similiter omnibus horis diurnis, nocturnisque evenisse terræ-motus, multis exemplis probat. Georgius Agricol. 4. lib. de natura eorum, que effluunt ex terra.

Solent autem terra-motus durare pro exiguitate, vel copia spirituum agitantium. Major enim exhalatio tardius consumitur, quam exigua, & tenuis citius, quam crassa: itemque pro majori minorique repugnancia, qua terra eorum conatibus resistit.

PRÆSAGIA.

Signa quadam notata sunt, à Philosophis, quibus terræ-motus aliquomodo præsentiri queant. Primum est, si nulla alia causa existente fiat in puteis turbidior aqua, & terrum odorem efflet. Oriunt enim hæc turbatio, odorque ex multo spiritu è cavernis conanti exire, & terram sulphuri admixtam eructanti.

Ita Pherecidas magister Pythagoræ haustu aquæ è puteo futurum terra-motum prædixit. Secundum signum est: si aqua in puteis ebulliat, & ascendat: Quod certe ab eadem causa proximè dicta oritur. Flatus enim ex imo, subiens terram, atque adeo aquam superpositam in sublimè effert. Hoc accidit, si notatum est, ante insignem terræ-motum, qui an. 170. Ferrariam concussit. Quo etiam tempore Etidanus turbidus, & ampullis in arcem exiliens fluxit.

Tertium: si mare sine flatu repente intumescat. Nam hic tumore similiter ex magna spiritus copia conferri egredi tentante, & particulatim per venulas exente, efficitur.

Quartum: si fit tranquillitas aeris intempestiva. Tunc enim multa exhalatio, in terra sinu contenta, nec in ætrem evocata, terram qualifabit.

Sic narrat Seneca, 5. nat. q. 11. ante cum terræ-motum, qui Neronis tempore in Campania accidit, multis diebus serenitatem fuisse.

Quintus: si interdiu, vel paulo post occasum solis, sereno celo appareat tenuis linea nubecula, in longum spatium extensa. Hoc tradidit Aristot. 1. 2. Meteor. c. 7. Plin. 2. c. 81. Causa est, quia ejusmodi nubes, cum præsertim diu perseverat, planè indicat nec minimam spirare auram: proindeque tranquilla esse cuncta, omni intra terram habitu, statque cohibito.

Sextum: si media æstate ingruat insolitum frigus, Siquidem tunc exhalationes, præterito calore in cavernis progenitæ, per antiperistalam introsum sese colligunt, terramque contundunt, modo superius explicato.

Adverte tamen, omnia hæc indicia non esse certa, & evidentia, cum eorum nonnulla absque motu fieri possint: Aliqua etiam, nimirum tria priora fortassis non tam sunt argumenta futuri, quam jam inchoati, nondum tamen sevens terræ-motus. F.

GENERA VARIATA.

Multa sunt terræ-motuum discrimina: quæ maxime efficit varia spiritus positio, situsque, & ejus copia vel paucitas.

Aristoteles duas ejus species assignavit, docens alium esse motum terræ non absimilem tremori, cum videlicet spiritus præ multitudine terram longè lateque pervadit, & eam non in profundum, sed in latera ciet, ad hanc modò, nunc ad illam partem vibrante motu agitatur. Alium esse instat pulsus, quo ex imo terræ concutitur, & sursum, deorsumque factatur, spiritu recta ascendente conante. Quo pacto se habet in animantibus pulsus: eo liquidem arteriæ nunc sese elefant, nunc concidunt.

Possidomus quoque terræ-motum bipartito distribuebat: nimirum in concussionem, & inclinationem. Sed priorem speciem videtur Aristot. pulsus nomine comprehendisse, posteriorem sub tremore.

Georgius Agricolæ quatuor species annumerat: tremorem, cum terram vibrat: concussionem, cum in sublimè, & in devexi commeat: arietationem, cum contrariis idibus quatitur: inclinationem, cum veluti fluctus volutatur, vel navigii motu.

M. ALBERTUS lib. 3. tract. 2. cap. 28. multas terræ-motuum G differentias ab eorum effectibus distinguit. A sunt enim, quando esse motum agitantem, alium subvertentem, alium scindentem, alium perforantem, alium tremulum, alium ruinosum, alium impellentem, alium vehentem, alium depressivum & elevationis. Tum singula explanans ait, terræ-motum agitantem dici, cum ad dextram, & ad sinistram terræ agitatur: subvertentem, cum terræ inferæ partes in sublimè evolvuntur, & contra scindentem, cum terra aliquo in loco hitu aperitur: perforantem esse, qui multa exigua foramina in terra facit: tremulum, quo terra suum naturalem exit, & in eundem confestim reciprocatur: ruinosum, cum superior terræ pars à loco suo repellitur: vehentem, cum pars sublimior ab inferiori vehitur: elevatent, & deprimentem, cum terræ superficies nunc in sublimè assurgit, nunc subsidit. Quadam tamen ex his differentis non videntur satis inter se distingui.

EFFECTUS.

Variis sunt terræ-motuum effectus: de quibus Aristot. lib. 2. Meteor. c. 8. Plinius 1. 2. c. 80. Seneca 1. 6. c. 29. M. Alberti tract. 2. de terræ-motu, præcipue c. 17. 18. Primus effectus est formido, quam hominum animis inicit unus quilibet ex sonis illis, qui terræ-motum committunt: mugitus, murmur, clamor, ululatus, fragor, fremitus: quem subinde motum auget tedtorum crepitus, parietum nutatio, rupis compagibus delitescens solum, horror subitæ mortis.

Secundus effectus: Aliquando motu circumducta, & in orbem versata terra locum loco commutat. Quod contigit supremo Neronis anno, teste Plinio lib. 2. cap. 85. præs, oleisque intercedente via publica: in contrarias sedes transgressis in agro Marrucino. Hoc autem tunc evenit, cum terram solidam subterraneus aliquis turbo in contrarias partes vertit, ac torqueat.

Tertius, nonnunquam tecta icu contrario arietant, videlicet, cum duo flatus sibi mutuo occurrant: res interiectam ferunt. Quod sæpe absque noxa fit, quoniam alter motus alteri repugnat: si tamen montes, in quorum medio loca cava sunt, sese alterno pulsu quantant, quidquid in eis, continetur eliquant. Quod Plin. loco cit. contigit memorat: cum in agro Mutinensi

Mutinensi

Mutinensi montes duo inter se concurrerent, strepitu maximo affilantes, recedentesque. Nam villæ omnes attrita, & non pauca animalia intercella perire.

Quartus: Aliquando terra late diffusa discedit, forbetque: faucibus profundis integras urbes: quæ videlicet cavemur capacitas hausta molit respondet. Quo pacto quatuor oppida terris devorata memorant: unum in Insula Ænaria, alterum in Euboea, tertium in Thracia, quartum in Phœnicia ultra Sidonem.

Quintus: Non semper motus terram agitantem interseindit, sed ex obliquo eam quasi ans adificia inclinat, aut dejectis fundamentis solo aquat. Sic quinto anno Tiberii Principis multæ urbes Asiæ corruerunt: ut refert Eusebius in Chronicis.

Eo etiam terræ-motu, qui in monte Christi accidit, Bithynia concussa est, & in urbe Nyssena ades plurimæ dirurg, teste eodem ex Theogone, qui testatus est, hunc terræ-motum fuisse eodie, & anno, quo Solis defectio in universalis fuit.

Sextus: Nonnunquam in molem terra assurgit invalido spiritu ad perfingendum: idque tam in continenti, ubi novos montes excitat, quomodo prope Aruernum lacum mons Modernus ortus fuit, quam sub mari, ubi similiter multæ Insula enataz perhibentur.

Septimus: Eontrario competum fuit, decidentem sub mari terram subita voragine ad exorbuisse, ita ut nec piscibus propè terram natantibus se colligendi facultas fuerit. Uti accidit M. Antonio, & P. Dolabella Coss. cum reciprocos maris fluxus Hostis gregem piscium in sicco reliquit. Sic & in eo terræ-motu, qui sub Theodosio fuit, & terrarum orbem magnis cladibus afflixit, conspecta fuere navigia per mare tranantia, in arido consistisse.

Octavus: Interdum spiritus ex imo, erumpente mare in mirram altitudinem intumescit. Sic in eo tractu, qui est inter Evoninum & Hieram, insulas Vulcanicas: non longè à Ptolemaide fluctus marini adeo evecti fuerunt, ut præalti montis speciem exhibuerint, qui postea ad continentem profusi Tryphonis exercitum inopinata eluvione oppresere.

Nonus est: Amnium insolito itinere, & in contrarias partes fluxus: at tollente se v. g. vi spiritus dorso terræ aquam sustinentis, versus eam partem, ad quam prius aqua defluebat. Uti accidit bello Punico secundo, concussa terræ-motibus Liguria, & finitimis regionibus.

In Lusitania etiam Emanuele rege, cum Olisipo, Scalabis, Almerim, aliqua oppida horribili terræ-motu quaterentur, & magna vis mortalium ruinis opprimeretur, Tagus diffusgentibus in utramque ripam effudit in medio vada ostendit: omnibus qui spectarent, terrore, & stupore percussis.

Decimus: Nova aquarum scaturigines fontium, lacuum, fluminum exortus: & contra defecatio. Etenim agitatione, & convulsione terræ, aut aperitur novi meatus, & cuniculi, per quos aquæ subterraneæ foras erumpunt, aut veteres obturantur, & laticum decursus omnino cohibentur, vel in aliam partem deflectuntur. Terræ-motus Ladonem Arcadiæ fluvium emisit. Et bello mithridatico propè Apamcam urbem Phrygiæ, quassatum solum paludes, novosque fontes, ac fluxuos egressit, veterum nonnullis terræ meatu absconditis.

Undecimus: Interdum aquæ antea frigida post terræmotum calida fiunt: & e contrario tepida frigida evadunt. Causa est: quia perturbatis venis corripantur calidæ, frigidæ: in calidas: vel certè mutatis itineribus calidæ per loca frigida, frigidæ per sulphurea, & calida decurrunt. Quo fit, ut hæc incalescant, illæ refrigerentur.

Duodecimus: Est ignis eructatio. Nam cum modo superius explicato exhalatio accenditur, & in flammam abiit, vel etiam materia terræ specubus abdita, & ad concipiendum ignem superio ingenio idonea imardescit: folet tunc aliquando patefacta hoc motu terra ignis erumpere.

LOCA TERRÆ-MOTIBUS OBNOXIA.

Quædam sunt, regiones terræ-motum injuriis magis subditæ, aliæ minus.

Primò in Septentrionalibus rari sunt, ut annotavit M. Albertus lib. 3. tract. 2. cap. 20. in Olavus Magnus lib. 10. cap. 13. Ratio est, quia in his locis, ob nimiam frigoris inertiam haud ita facile in terræ specubus, exhalationes gignuntur: secus accidit in plagis ad Æquatorem vergentibus ob contrarias, causas.

Terræ admodum calidæ (ut Ægyptus) raro quatuntur, ita Plinius lib. 2. cap. 80. & Albertus lib. 3. Meteor. tract. 2. cap. 20. Causa est: quia spirationes æstu nimio confestim dissolvuntur, & evanescunt.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Loca cava, & fungosa frequenter terræ-motus sentiunt: quia maximam habent ad generandos halitus commoditatem: id evidens est in Phrygia, Italia, Caria, Lydia, multique aliis regionibus. Si tamen cavetæ celo patent, secure sunt: quia liberè per conceptum exhalant.

Montosa septius terræ-motum subeunt, quam plana: Sunt enim in illis, quam in his crebriores species. Contingit tamen quædam plana ob peculiarias causas sæpius concuti.

Insula frequentius terræ-motu agitantur, ut constat experientia. Constat enim Cyprum, Siciliam, Euboeam, Iyrum, Ænariam, Liparum, Molucas, & quas Tertias vocamus, sæpè terræ-motibus agitari. Causa est: quia ob antiperistalam circumgecili liquoris multum sulphur, & exhalationem generant.

Ærenosa, & ex limo concreta raro quatuntur. Illa, quod in eis absque rixa spiritus dissipetur: hæc, quod receptaculis careant, ut Ægyptus: quam tamen aliquando etiam contremuisse prodidit Seneca, lib. 6. nat. q. 26. contra quorundam, ut ipse ait, magnorum virorum auctoritatem.

TERRÆ-MOTUS MAGNITUDO.

Quod ad terræ-motus magnitudines spectat, paulò ante enim de illius duratione diximus: ordinariè non concutitur magnum terrarum spatium, nec una integra regia: cum nec cavernæ, quibus spiritus diffundit, adeo amplæ sint, nec tanta spirituum copia in locum unum colligatur, aut vim suam tam late extendat. Terræ-motus Ferrariensis, de quo ante dixi, fragor exaudiebatur ad aliquot miliaria: simulque Mutina, & Bononia quætiabantur.

Paulus Orosius lib. 7. hist. c. 32. narrat sub Valentiniano terræ-motum per totum orbem terrarum editum, qui etiam turbarum pelagus adeo excussit, ut per vicinas terrarum campefrum partes, refuso mari, plurimæ insularum urbes subrutæ perisise nuntiarentur.

Videntur tamen, nullum motum totam terram concussisse præter eum, qui tempore Passionis Christi divina virtute accidit. Quod prodidit gravis auctor Didymus, cuius de hac re testimonium profert Catena super Job, collecta è quatuor, & viginti Græciæ Doctores: Terræ-motus, inquit, siæpe fuit in terris: verum qui ante, vel post Christum existerent, partem quandam terræ occuparunt. Mei autem Christi tempore, non privadam terræ occuparunt, sed tota ipsa terra conqussata est, & centro convulsa. Hæc Didym. ad c. 9. lib. cit.

TERRÆ-MOTUS EXEMPLA VARIA.

EX SCRIPTURA.

Tempore Ozias Regis Juda, in diebus Jeroboam, ante duos an. terræ motus, inquit, Anno c. 1. v. 1. & meminist illius Zacharias, v. 5. c. 14. Fuisse autem à Deo hunc terræ-motum immisissum tradunt, cum rex Ozias, qui è Azarias, contra Dei mandatum, sacerdotale offic. tentavit usurpare. Tunc enim est, ut teste Jos. lib. 9. c. 11. A. nempe, & solemnè festo Ozias invitis sacerdotibus ad altare aureum in templum proruisset, suffragam Deo facturus: terra vehementer concussa fuit, fistoque superne templo, radius solis os regis improbi ferit, quod oculis lepra infectum fuit: & ante urbem, montis ad occidentem vergentis dimidium per quatuor stadia revulsam, & volutum, viam publicam obstruxit, & hortos regio oppresit, hæc Jos. Christoph. expirante, terram motam, petræque scissas Matæus describit c. 29. eratque secundum prodigium, quo Dei ira significabatur, & supplicium, quod Judæis imminerebat. Alias causas habet Theophylactus, Euthymius, alii expositores Evangeliorum. Atque hunc terræmotum non modo in Judæa evenisse contendunt plures, sed & alibi, sic, ut eodem etiam velint corruisse illas civitates in Asia quas Tacitus, Plin. & Oros. Tyberii tempore scribunt interis. Immo Aug. 12. c. 3. de mirab. S. Scrip. affirmat, tempore passionis Dominicæ, civitates XII in Thracia terræ-motu concussisse videatur Baro. 10. 1. Annal. Quo tempore Christus à morte propria virtute resurgere, etiam terræ motus magnus factus fuisse describitur. Matth. 24. Angelo Domini de celo descendente, ut canit in Antiphonis Paschalibus Ecclesie.

PAULO & SILA existentibus in carcere, subitò terræ-motus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Act. c. 16. Et statim aperta sunt omnia ostia: voluit n. Deus ad maiestatem suam declarandam, & hostes trepidatione concutiendos, hunc terræ-motum producere.

Insuper orantibus Joan. & Petr. è carcere liberatis. Hierof. motus est locus in, quo orabant, cum in signum exaudita: à Deo orationis, tum ad excitandas fidelium mentes, ait, Lyranus. Act. cap. 4.

Denique

Denique unum e signis precedentibus Judicium univcrsale, A erit terre-motus. Apocap. c. 6.

HISTORICA.

In Pithecius insulis, in Campano sinu, montem Epopom, cum repente flamma ex eo emicasset scampetria equatum planicie ferunt. Item Oppidum haufum profundo alioque motu terræ stagnum emeruisse, & alio provolutis montibus insulam extitisse Prochyam. Namque & hoc modo insulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Eubœam Bœtiæ, Eubœæ Atalantem, & Macrin, Bresby cum Bithyniæ, Leucosiam strenum promontorio. Plin. l. 3. c. 88.

Olymp. 101. anno quarto, magni in Peloponneso terræmotus, ac regionis, urbiunque inundationes incredibiles factæ sunt, qualia mala omnibus superioribus sæculis nunquam in Græciæ civitatibus acciderunt, ut unâ cum hominibus urbes funditis abolerentur, divina quadam ultione eam hominum pemiclem, ac cladem singularem operante. Auxit vero mali hujus magnitudinem ipsum quoque tempus; non enim diurno tempore terræ motus fiebant, quod succurrere sibi ipsis periclitantes potuissent: sed noctu clade ca accidente domus à terræ motus magnitudine disiectæ, super se invicem ruebant.

B Homines autem partim propter tenebras, partim ob improvisum, & subitum malum, saluti, & evadendi viam quæretæ vibi non potuerunt. Unde quàm plurimi ædificiorum ruina præventi perierunt. Diod. l. 15. & Paul. in Ach.

Anno 343. sub Constantino Imp. Ariano, Neocæsarea vi terræ motus mari absorpta, Ecclesia, atque Episcopus tantum incoluisti: & sequenti, Rhodus insula penè tota subversa est: & postero, Dyrrachium totum proculuit, quin etiam Roma per triduum magno cum periculo tremuit: & duodecim Campaniæ urbes funditis eodem impetu corruerunt. Sigonius l. 5. Imp. occid.

Anno Domini 364. cum moreretur Constantius Imper. Moplicrenis, magno terræ motu bona pars Constantinopolis diruta est. Eutropius lib. 11. Honorius vero eodem terræ motu multas etiam Orientis civitates esse dejectas affirmat. Nec est dubium, quin Deus tot terræ motibus, qui acciderunt sub hoc Imperatore, testatus sit, sibi Arianas blasphemias adversus filium Dei omnino displicere.

Anno 365. xii. Kal. Augusti propè in toto Imperio Rom. paulo post lucis exortum, crebris lapsis de celo fulminibus, tota terra vehementissimum tremore concussa est. Mare dispulsim revolutis fluctibus retrò abiit, ita ut pelagi profunditate resecta, pisces humo herentes cernerentur, valliumque, & montium vastitates radiis solis, quos natura negat, illustrarentur. Multis autem navibus per undarum reliquias ad capiendos pisces ultro, citroque, vagantibus. Ex improvise antiquas sedes marine undæ repetiverunt. Quo factu insulis, & portæ contiinentis spatia violenter illi-fa, innumera ubique ædificia proruerunt, & multa hominum millia absumpserunt, atque ingentia navigia partim tectorum in culmina contulerunt, partim longè à litore propulerunt. Quam rem tetigit D. Hieron. in vita Hilar. Sigon. lib. 7. Imp. occid.

Anno secundo imperii Valentiniani, Christi verò 369. ut annotat Hier. in Chron. & Valenti (ut indicat Socrat. l. 3. c. 3.) terræ motus per totum orbem factus, afflixit multas civitates, & mare terminos suos mutavit. Quibusdam enim locis usque adeò exundavit, ut loca, quæ antea pervia fuerant, undis operi: & alia loca ita deseruerit, ut arida sint reperta. Nam Sicilia: & multarum insularum urbes, & innumerabiles populos oppressit. Alexandria mare subinde discedens, & recurrens, recessu suo consuetos terminos transiit, & prolixo spatio aridam inundavit: ita ut in saltibus tectorum, post undarum delapsum, scaphæ marinæ sint inventæ: ac narrat Marcellinus se unam vetustate corruptam vidisse. Meminit etiam Nazianzenus in oratione funebri Casarii fratris, dicit, Niceam etiam tum esse concussam, & præter Casarium, paucos alios periculo esse liberatos.

Anno nono Constantini Copronymi, terræ motus factus est in Syria, & ingens, ac terribilis casus. Unde civitatum aliæ quidem penitus exterminatæ sunt, aliæ verò mediocriter, aliæ autem à montanis ad subjuncta campetria cum muris, & habitationibus suis integræ migraverunt, & saluæ, quasi ad militaria sex, vel item modicum quæ ultra, Denique afeverantur, hi, qui propriis oculis terram Mesopotamiæ contemplati sunt, in longitudine disrupa fuisse ad millia duo, & ex profundo ejus ascendisse aliam terram albam, & arenosam,

de cujus medio ascendit (ut ajunt) animal mulinum incontinatam, loquens humana voce, & præncians gentis E incurfionem ab eremo adversus Arabes: quod & factum est. Paulus Diaconus lib. 22. rerum Romanorum. Sigebertus anno Domini 753. Cedrenus. Naclerus generatio vigesima sexta, putat hæc translationem imperii ad Francos portendisse.

Cum Carolus Magnus post inaugurationem venisset Spoletum, pridie Cal. Maii, hora noctis secunda, terræ motus maximus totam Italiam graviter commovit, & tectum de basilica Pauli Apostoli cum trabibus deiecit, atque in quibusdam locis montes, & urbes subruit an. imperii Caroli primo. Annales Francorum, & Aimonius l. 4. c. 88. Aliquanto post etiam quadam loca circa Rhenum, & in Gallia contremuerunt, ac propter hyemis molliem, & intemperiem pestis passim grassata est. Circa palatium Caroli Aquilgrani, & in vicinis partibus terræ motus accidit, quem pestis subsecuta est anno Domini 803. Annales Francorum, & Regio lib. 2.

Anno 1114. tantus universam Syriam terræ motus concussit, ut multas urbes, & oppida infinita dirueret funditis, maximè autem circa Ciliciam, Isauriam, & Celestis Syriam. Nam in Cilicia Manistram cum multis oppidis solotenus prostravit, Marciamque deiecit cum suburbanis suis, ita quædam vicinæ etiam restarent vestigia. Quæiebantur turres, & moenia: majoribus ædificiis periculosis ruentibus, fiebat populorum strages infinita, & civitates amplissimæ, quasi agger lapidum constituta, tumulus erant oppressorum, & contritis habitatoribus vicem præstabant sepulchri. Fugiebant plebs mente confertata habitationem urbium, domiciliorum ruinam formidantes: & dum sub dio requiem sperant, timore concussi, fomos interruptunt, oppressiones, quas vigilantes timebant, in somnis percipiunt, nec erat hoc tam ingens una tantum regione periculum, sed usque ad extremos Orientis fines hæc pestis late se diffusit. Guill. Tyrus lib. 11. cap. 23.

Anno 1116. terræ motus per dies quadraginta continuos Italiam afflixit, ac villa quedam mota ad aliam procul distitum transvolavit locum, anno 1117. Bonvisus l. 6. c. 15.

BONIFACIO IIX Columnenses persequente, tantus repente terræ motus in Italia exortus est, quantus nunquam antea: quo quidem multis diebus per intervalla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate Pontifex tum erat cum tota curia: qui veritus, ne ruina ædificiorum opprimeretur, calum quandam ex tabulatis subtilibus in medio claustrum fratrum Prædicatorum, priato admodum lato, ædificari iussit, coque in loco aliquandiu resedit, licet horrida fœveret hyems. In celebritate namque sancti Andrea hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque cometes, magnæque futuri calamitatis indicium. Platina, & Sigeb.

CALISTO III. sedente an. 1456. foedissima procella mensis Augusto magnam Italia partem, & in primis Hætruriam, Venetiamque oram populata est. Inde paucis mensibus interjectis magna pars Italiæ horrendo motu terræ concussa est. Multa in Amiterno agro, Apulia, ac toto fere Apulia regno ædificia corruerunt, alia aut convulsa, aut parietum hiatu deformata. Sensit eam cladem Neapolis regni caput, sensit & Capua, urbis ruinis oppressa. Circa Benacum nobilissimum Italia lacum mons in abruptum descendit. Sab. lib. 6. Ev. 10.

An. Salutis 1509. decimaquarta Septemb. terræ motus gravissimus diebus decem, & octo continuis murum Constantinopolitanæ urbis, qua parte mare spectat, cum omnibus adiacentibus domibus disiecit, fossarumque ruderibus implevit, ac terræ æquavit. Arcem, in qua gazophylacium Imperatoris quinq; turribus munitissimis custoditur, & insignis domus, in qua leones nutriuntur tanquam in vivario, destruxit. H Cuniculos, qui per montes, ac longa itinera de Danubio aquas in urbem evehunt, maximis & laboribus, & impensis fabricatos, concussit. Sinus autem maris inter Constantinopolim, & Peram violentia terræ motus adeo infremuit, utin utramque civitatem mare ultra muros aquam iniiceret. Domus tributaria, juxta muros Constantinopolis in mare tota decidit, ut nullum illic appareret vestigium. Maxima item pars turris plumbeæ in Pera corruit. In Callipoli munitissima ars penitus rupta est, nec ulla domus illic integra mansit, totamque Græciam ad Danubium usque hic terræ motus longè lateque pervagatus est. Feruntur Constantinopoli tredecim millia hominum interisse. Mirum hic illud, cum rueret sepulchrum Mahometi patris Bajazeti, maximis extructum impensis, multaque Turcarum sacræ ades. quas sua lingua Moschetas vocant,

collabe-

collaberentur, Christianorum tamen templa illa manserunt, ingenique illa Sophiæ ades nihil mali sensit, præter turrim à Turcis post captam urbem templo in sine ornatus gratia annexam, quæ tota præcipitata perit. Sed & Terræ motu illo calx, & cementum, quod beatorum imagines post captivitatem urbis cooperæ fuerant, ita separatim ab imaginibus ceciderunt, quasi arte nova jam primum suo splendore essent reddidit. S. v. r. i. u. s. in Commentar. ver. orb. gestar.

Paulo antequam Paulinus Nolæ Episcopus animam Deo redderet, cubiculum, in quo jacebat, contremuisse perhibetur, velut in signum divinæ visitationis, quæ virum sanctum hinc abeuntem illum inibat.

* Etiam ad apparitionem S. Michaelis in Gargano monte terræ solum contremiscebant, Angelicam præsentiam eo prodigio manifestans.

* Inausus admodum dies fuit VII. Septemb. An. M.D.XC. Vienna in Austria, quo sub horam quintam vespertinam, tam gravis cum terræ motu concussit, ut ipsum templum Abbatia Scotensis, atque altare medium fecerit, turrim S. Stephani concussit, aliam in ponte versus R. Rubram portam deiecit, sub cuius molis homines 7. & equi 2. interierunt. Certè vix ullum fuit in civitate ædificium, in quo rima aliqua non apparuerit. Ex 6. Tomo Civ. orb. Terrar. in descript. Vienna tab. 21.

* Plura exempla civitatum, quæ Terræ motu interierunt, petuntur ex loco de Urbe, Titulo Urbis Terræ motu concussa, obruta, eversa.

Terror.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Terror, Gr. φόβος, ostiæ terrore dicitur. Hebr. Cheth. Chabab, à verbo Chabab, confirmatus est, defectus est in terram, vidus, & superatus est. Dicitur & terreo, Pachab, Pachabab, à verbo Pachab, timui, expavi valde. Est autem terror metus contingens, ex quo fit, ut pudorem rubor: sic ruborem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Est enim terreo, timorem alicui incurre, & quasi in terram prosternere, quare à terra dictum terreo quidam volunt.

Terror, quod incutit, non est omnibus idem: est enim ali- quid supra hominem, quod omni homini sanæ mentis incutit terrorem, atque hominem non excedit, atque magnitudine differunt, eo quod magis, vel minus afficiuntur, quo fortis vir, ut homo timebit quidem, sed ut oportet, & ratio præscribit, honestatis causa sustinebit, & feret, cum is sit virtutis finis. Arist. 6. Ethic. c. 6.

TERROR EX OPINIONE

inadvertentis mali cuiuscumque.

IN GENERE.

Exord. Terror subitus, & vehementis à Galeno dicitur 22. Meth. 5. seu potius ipsa Conspensatio Terrorum subsequens.

ASIANI Europæis timidiores sunt, manifestiores tamen, propter æqualitatem frigoris, & caloris nativam. Sed & propter leges. Multo maxima enim Asia pars sub regibus est. Ubi autem non in sua potestate vivunt homines, neque sui juris sunt, sed dominis subiecti, ibi non multum curant, quomodo se ad bellum præparent, quin potius curant, ut non bellicosi esse videantur. Periculorum enim magna est inæqualitas. Hi siquidem in militiam proficiscit, laboreque pretere, ac mortem optere pro dominis suis coguntur, relicti interim domi liberi, uxori- bus, ac reliquis amicis. Quod si vilitur, & feliciter bellum gesserint, dominis inde commoda accedunt, eorumque facultates augentur: ipsi præter pericula, & cædes nihil demerit. Deinde verò hujuscemodi hominum animos manifeste necesse est, etiam propter inertiam bellicam, & otium, cum ut quis maxime natura virilis sit, & animosus, legibus tamen à militari studio avertat. Hippocrates de Aere, aquis, locis.

Non immerito mentis valetudini attribuitur diversissima vitia, summa confidentia, & contrà nimis metus in Cajo Cesare. Nam qui Deos tantopere contemneret, ad minima tonitrua, & fulgura canovere, caput obvolvere, ad verò majora proripere se à strato, sub lechumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensibus, irrisis multorum locorum miraculis, repenè à Messena noctu profugit, Ætnei verticis fumo, ac murmure pavescit. Adversus Barbaros quoque minacissimus, cum trans Rhenum inter angustias, densumque agmen L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

iter esse faceret, dicente quodam non medioerem fore confirmationem, secunde hostis appareat, equum illic confendit: ac propere versus ad pontes, ut eos calonibus, & impedimentis stipatos reperit, impatiens moræ, per manus, ac super capita hominum translatus est. Mox etiam audita rebellionis Germaniæ, & fugam, & subsidia fugæ classes apparabat: uno solatio acquiescens, transmarinas sibi superfluas provincias, si victores Alpium juga, ut Cimbræ, vel etiam urbem, ut Senones quondam occuparent. Unde credo percussoribus ejus postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendipsum sibi manus intulisse, nuncio mala pugna perterritum. Suet.

AB INTELLIGENTIIS TERRERI.

Consule, Tit. Ostentorum variorum, quatenus quicquid vident, animo percelluntur.

SYRI Samaritanam obsidentes, Israelitas ad tantam annonæ penuriam redegerant, ut nec infantibus parcere. At divinitus panico terrore incusso, cum Ægyptiorum regem adventare mætuarent, noctu omnes fuga dilapsi, castra cum ingenti præda Israelitis diripiendi reliquerunt. Ex 4. Reg. c. 7.

Panici terrores existunt in castris, cum subito & equi, & homines consternantur, nulla apparente causa. Pani autem sacra celebrare solebant mulieres cum clamoribus. Et Menander in Dytcolo, negat hunc Deum tacite accedendum esse. Ea, quorum causa non apparebat, Panitribuebant. Existimatur enim hostium accessus esse: & præ tumultu armis arreptis inter sese pugnant. Theodorus Rhodiorum dux in commentariis ait, optimum esse hujuscemodi temporibus manere in armis, & quiescere: & ipse circumcurans clamabat, & per ministros denunciabat, ut omnes armati in tabernaculis manerent. Suid. Pindarus in Nemesi scribit, non oportere fortibus viris vitio vertere, si fugiant in hujuscemodi tumultu:

Εν τῶν δεινῶν φόβῳ φεύγειν οὐκ αἰδέσθαι.

In divinis terroribus fugiunt & sibi deorum. Narratur idem Deus concham illam tortilem, ac turbidam, quæ Græcis χόχλος, id est, testudo dicitur, primus reperisse, eaque personans olim Titanas contra, quos bellabat, in fugam egisse. Erasim. in Adag. Osirin regem à Typhone fratre nefariè caesum, quia subodorati erant, qui circa Chonnim colebant Panes, & Satyri, deque eo sermones seruebant, G repentinis vulgi fluctibus, & pavores etiamnum inde Panicos vocant, Plut. in Iride.

Vide de Panico terrore Infra Tit. & locum particularem.

Fuere scriptores, qui tradiderunt, Hunnos, posteaquam Rhemis in Gallia in omnes ubique tum in templo, tum in aliis urbis locis repertos, truculenter satis sævisent, atque prædæ, ac direptioni urbis animam adiecerunt: vidisse in aere cælestes acies demicare, audisse sonum fragoremque terribilem templum edere, quibus frans exanimatos, à præda abstinuisse, & ad diversa quemque loca extra urbem tremebundos fuisse. Urbem deinde diu vacuam stetit, tot martyrum cæde consecratam. Facies ardentes supra civitatis verticem sæpè, ac diu visas: cantus celestes auditos, cives plerisque qui metu tyrannorum aufugerant, visis tot signis, divinisque prodigiis, ac cognita hostium abitione, ad urbem tandem revertisse: & Nicasii Episcopi, ejusque fororis Eutropiæ, caterorumque martyrum corpora magnis lamentis, atque lacrymis sepulture tradidisse. Olaus c. 10. in Attila.

Anno imperii 19. Constans Imper. germanum suum fratrem Theodosium interfecit: cum quidem ante offensas ab eo, opera Pauli patriarchæ tonsium, diaconum fieri coegisset; ab eoque ipse sancto populo sacrosanctis mysteriis exceptus fuisset. Is ergo Theodosius à morte sua Constanti eredit per quietem visus est, habitu diaconi, poculum sanguine plenum portans, atque dicens: Bibe frater. Ejus visus acerbitate victus infelix imperator, statuit in Siciliam abire. Itaque in urbe relinquens uxorem, & tres filios, celocem conscendit: cumque solvisset, conversus retrò, urbem imperii sedem conspuit. Cedrenus.

ISAACUS Comnenus Imp. Constantinopolitanus, cum circa novam urbem veniret, aperit terribili specie ad mare proptans apparuit. Eum cum infestaretur, ille in mare incidens disparuit, imp. turbatus equo decidit, spuma circa os apparente. Post aliquandiu ægrotans, ad desperationem redactus, caput radi curavit, & monasticum habitum assumens, privatus postea vixit, & Constantino Duci tradidit imperio. Zonaras.

Mediolanensis quidam plebeus homo, cum hora noctis tertia à labore rediret domum, vidit lemurem insequentem. Quam cum effugere conaretur, ocyus citato pede abibat, Pp 4 sed

sed a spectro captus, atque in terram projectus, exclamare non poterat. Tandem cum diu in terra cum larva volutatus esset, inventus a praeceuntibus quibusdam feminivus domum relatus est, & octo diebus post petiit. Cardanus de Subtilitate, lib. de Mirabilibus.

A TYRANNIS.

VIROLDI Lituaniae ducis crudelitatem adeo expavit Gens alioqui ferox, & mortis contemptrix, ut multi ejus imperium secuti, ultrò sine carnifice vitam finierint, veneno, aut laqueo. Aeneas Sylvius.

AB HOSTIBUS.

Vide locum Stratagematum, Terrere hostes Minis.

BOLESIAUS I. Opoliensis dux, a Cracoviensibus, quia id ipsum defecerat, in urbem intronatus, minis Uladislae Lothici adeo terribus est, ut eam desereret, brevique post moreretur. Anno Christi 1313. H. Hemmings in Genel.

Adventu hostium terrore.

AMORRORUM reges omnes, & Chananai, cum audissent, B Ifraelitas fisis pedibus Jordanem superasse, incredibili terrore examinati sunt. Josue c. 5.

P. SCIPIONIS trajectus in Africam Carthaginensibus nunciatus, sic civitatem turbavit, ut conclamatum esset ad arma, stationeque in portis, murisque dispositas, quidam auctores sunt. Nam a M. Regulo usque ad eum diem quinquaginta propere anorum intercesserat spatium, ex quo nullus Imperator Romanus cum valido exercitu terram Africam intraverat. Augebat etiam terrorem Scipionis nomen, qui Carthaginenses, quem ducem aut opponerent, aut parem arbitrantur, non reperiebant. Auctor vitae Scipionis.

Cum an. 136. Carolus V. Caesar, & Galliae rex Franciscus, hortatu Pauli III. Pontific. ad Nicæam Provinciae urbem in colloquium venturi crederentur: & de perpetua pacis incedente ratione utrinque legationes mitterentur: in ipso Villafancha portu, ubi Caesariana classis stabat, accidit, ut cum nonnulli sub meridie otiose maria, & colles a tergo, in altissima Alpium juga affluentes, prospicerent, denam nubem fumimantem, in altum elevatam conspicerent, & plerique adventans Turcicae classis ad opprimendos summos Christiani nominis principes signum id esse suspicarent. Magno ob id tumultu, & trepidatione orta, tandem compertum est, a Villico eam nubem densi pulveris, quae fumispicem referret, excitatam fuisse, cum ille in area tabarum acervum citrandis, & ventilando a siliquis fecerent. Ergo omnes ex summa trepidatione in risum, & cachinnos soluti sunt: sic ut ipsorum principum, & ducum intellecta praepropere credulitas contumelia, non obscurus pudor mentes perfunderet, atque inaudite trepidationis inanis metus jocosis omnium sermonibus celebraretur. Jovius lib. 37. Histor.

Exploratores duodecim Isacitarum à Moysè in Chananam missi, cum Chananzorum opes, & vires, urbes munitas, soli fertilitatem, corporum proceritatem vidissent, timore correpti, postquam ad suos redierunt, eis distulserunt, ne terram illam invaderent, solo Caleb, & Josue exceptis. Numer. 13.

TROJANI prodeuntem videntes Ajacem, armis fulgentibus coruscum, & singulari certamine, cum Hectorè pugnatum, regi fuo meutes tremuisse prohibentur. Iliad. n.

SED & ipsi Hectori cor palpitabat. D Sed & ipsi Hectori cor palpitabat.

Quidam natura timidus, audita Herculis fama abdidit se praeter metu in specu quadam: deinde cum aliquando prospectaret, & Heculeum forte fortuna praetereuntem vidisset, immodico metu exanimatus est, ac procius dirigit, in saxum versus, quod adhuc visitur specie viri, velut à specu prospicientis. Unde, & ad hunc usque, saxum illud vocant. Hinc proverbium, & ad hunc usque, & ad hunc usque, & ad hunc usque.

Pyrrhus Epirotarum rex, Argos ingressus, suis cedentibus, de fenestra dimissis saxis ad terram prostratus fuit. Humi autem jacens, à Zoty po inventus, cum ut caput adimeret, galeam ei Zoty pus detraxisset, parum abfuit, quin involutus ab eo relinqueretur, adde Pythri conspectu perterritus est. Ceterum finacioris horrorem vincebat avaritia, qui Zoty pus ob praemium, quod inde sperabat, ad amputandum caput revertis, adeo verenter manum operi apposuit, ut vultum conspicere

non aunderet, sed citis sibus gladio collum, & pro collo interdum eos ipsum percutiens, vix tandem caput amputare potuerit. Plut.

Ad C. Marium in Minturnensi carcere intronatus Cimber quidam, ut eum trucidaret, solo illius aspectu ficeretur, ut re infecta reverti cogeretur. Esti alii vocem ab illo auditam tradant, à Mario abstinerent jubentem. Idem.

Clamore, strepitu.

Lacedaemonii in acie fundis, & nervis quibusdam violentè concussis, & strepitum horrendum edentibus, hostibus metu incutere conlueverant. Erasmus in Adagis.

Romani sub pugnae initio adeo magnis clamoribus obstreperant, ut Josephus coactus sit Hebraeorum suorum militum aures obstruere, ne vel strepitu terrentur, aut attoniti fierent. Card. de Subtilitate, lib. de Anima & Intellectu.

Cum Arnulphi Imp. (qui à Pontifice Formoso propter seditionem civium vocatus fuerat) milites Germani copiam versus urbem fugientem insequeretur, cum clamore: Romani eos ad oppugnationem accedere suspicantes muros reliquerunt. Quo confecto Germani propugnatoribus vacua moenia occupaverunt. Sigbertus anno 900.

Nomine.

GARIAS Sancti F. rex Navarrae dictus est Tremulosus, è quod quando rumores belli audiebat, vel debebat in praelio experiri, à principio totus tremebat: est postea animosissime perlittebat. Roder. Tolet. l. 5. rer. Hispan. c. 23.

Imper. Phocas Narsetem insignem, & egregium ducem contra juramentum vivum combussit, qui tam formidabilis fuerat Persis, ut pueros ii quoque suos nominando Narsete terrentur. Cedrenus.

STEPHANUS II. Ungarorum rex formidulosus usque adeo Graecis, Mysisque est habitus, ut ad mentionem Stephani regis, vagientes pervicacius infantes praeter formidinem contederent. Boninus lib. 6. Dec. 2.

Apud Turcas Janissium Hunniadis, ducis fortissimi nomen usque adeo fuit terrificum, ut nutrices ad comprimendos infantulorum vagitus, Hunniadem adesse confingerent. Aen. Sylvius c. 5. Europe.

Pariter Austriae matres Mathiae Ungariae regis nomine infantibus terrorem incutere solebant acclamantes. Matrislike kompr.

Apparatu.

PALÆSTINI contra Ifraelitas castris positus, cum eos arcam Sion in castra portasse audirent, metu maximo consternati sunt, memoria repentes, quoniam Josue hac arca comitatus parasset. At receptis tamen animis, Ifraelitas magna clade affecerunt, & arcam ceperunt. 1. Reg. 4.

M. MARCELLO Syraculas oppugnante, Archimedes omnes illes comatus arte sua eludit, tantaque trepidatio cepit Romanos, ut si, vel funiculum, vel exiguum lignum ex muro conspexissent, eo ipso machinam aliquam movere in ipsos vociferantes Archimedes, terga verterent, fugerentque. Itaque abfisteret Marcellus proflus à conspectu, & oppugnatione coactus, post se rem reliquam in longa obsidione. Plut. in Marcello.

Victoria.

Atheniensibus duce Niciae fœdè profugatis, atque captis in Sicilia Syracusanis, peregrinus quidam, qui in Pyrazum descenderat, & in constra sedebat, quasi re Atheniensibus jam nota, sermonem habuit de gestis illis. Tonsor, ubi auditus priusquam divulgaretur apud alios, cursu contendit in urbem: ac cum archontes contulisset, detulit illico ea dicta in forum.

Pavore, & trepidatione infecta, archontes advocata concione hominem produxerunt. Qui interrogatus, de quo accepisset: cum nihil certi haberet dicere, pro mendace, & civitatis turbatore in rotam deligatus, & diu tortus est: donec advenerunt, qui totam cladem ordine annuntiarunt. Plut. in Nicia.

Mithridatis Exercitus, cum in eum L. Lucullus arma movisset: & in Armeniorum castris esset nunciatum, Menandrum, Menemachum, atque Mironem, Mithridatis duces, qui pabulatoribus praesidio ierant, à Lucullianis militibus fusos fuisse, adeo terribis est exercitus, ut omnibus sua extra castra ferentibus, ob strepitum Mithridates excitaretur: tenorioque egreditus, ut quidnam id esset inspiceret, à suis solus, & pedes delertus

rus est. Cum autem ita omnia ob eam rem in castris perturbarentur, ut sublata imperii reverentia, cui plus virum erat, is ex alieno plura reperiret: atque praedandi initio à Mithridatis rebus factis, omnis ejus praetiosa fupellex diriperetur: eò militaris temeritas progressa est, ut Dorylaus militaris praefectus ob id solum occideretur, ut ei insignem vestem, quam habebat, milites adimerent. Ea militum perturbatio, quae ipsarum diuturnat culpa orta erat, Lucullo vincendi rationem auxit. In qua clade non minus Mithridates, quam reliquis exercitus, cum omni castris sum rerum copia, quibus Armenii aut stultè timebant, aut eas in praadam vertebant, captus fuisset, nisi eum Ptolemaeus Eunuchus in equum suum statim sustulisset. Fulgosi. lib. 9. c. 7.

Sub Augusto Caes. Germani, post Drusi interitum, Quintilii Varii, qui cum legionibus tribus ad praesidium provinciae remanserat, libidinem, & avaritiam perterfo, Ariminio duce arma ceperunt, Quintiliumque incautum in castris jus dicentem subito accessu, nullo intereò certamine, cum tribus legionibus occiderunt. Cujus cladis nuntius Romam perlatus, adeo civitatem percussit, ut excubias sint in urbe indicit, ne quis in summa trepidatione existeret tumultus. Et Augustus adeo ea legionum jactura affectus dicitur, ut per continuos tres menses barba, capilloque submisso, nonnumquam caput foribus impingeret, vociferans, Quintili Vare, redde legiones: diemque, quo clades illa accepta est, quotannis mœstum, & lugubrem habuit. Sabell. lib. 9. En. 6. ex Suet.

LEO X. Pont. Max. auditò Sultani Memphitici excidio, litaniae, ac supplicationes publicas, in quibus homines nudatis pedibus incederent, Romae haberi curavit, contra Selimi Turcarum tyranni potentiam. Jovius.

A SICARIIS TERRERI.

Cæso in Senatu Casare, progressus in medium M. Brutus, conjuratorum dux, institit verba facere, retinereque, & confirmare patres. At illi contidit fugerunt trepidantes, siveque circa fores impulsio, & tumultus, nemine nisi instante, vel agente. Quippe firmior hoc deceverant conjurati, neminem praeterea interficere, sed revocare ad libertatem omnes. Inde ad Capitolium perrexitur sanguinolentis manibus nudos praeterea pugiones, civesque vocaverunt ad libertatem. Primum editi clamores sunt, & discursus, tale factum forte comitans majorem concivit tumultum. Ceterum ubi nulla praeterea cades, neque direpto rei ullius ex tabernis consecuta est, multi ad eos in Capitolium fidenter ex patribus, & popularibus ascendere. Plut. in Casare, & Bruto.

JOAN. GORREUS, Parisiensis Medicus, is, qui praeclearum illud Medicinae Lexicon edidit, cum à Meldunense Episcopo valeudinis ergo accitus domum reverteret, ne quid periculi sibi religionis nominis suspicet, à Parisiensibus sub crepesculo, quo urbem ingressurus erat, crearetur (bello enim sacro tunc universa ardebat Gallia) rheda Episcopi consensa, in ea latebat. Parisiensis quidam, creditor Episcopi, cum debiti solutionem multo jam tempore frustra expectasset, rhedam invadit, bonis, quae illic veherentur, per viatorem interdicitur. Ea res tantum terrore Gorreus, qui se ob religionem peti existimabat, incussit, ut in errorem mentis incidere, nec nisi longo post tempore sanitati restitui potuerit. Hubberti Langueti iniquum.

AB ANIMALIBUS.

ZENO Citiceus, cum canem invadentem repulisset, reprehensus à quodam, quod & ad illa Stoica, quam profitebatur, indignum fessisset: Perdidicisse est, inquit, proflus hominem exuere. Laertius lib. 9. cap. 5.

TELEPHOS IXXI Quis, id est, Leonis vestigia queris: dicebatur olim in eum, qui verbis ferox esset, re timidus. Ductum ab Apologo quopiam Aepico, quo narrat, Venatorem quandam passorem obvium rogasse, nunciabi leonem vidisset, ut eum sibi demonstraret. Atque cum respondisset: Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille: Satis est, inquit, neque enim ultra quicquam requiro. Erasmus in Adagis.

AUGUSTUS CAESAR deambulabat cum Diomede liberto suo. Effraetis cavens aperit propter, rectaque ad Augustum tendere coepit. Libertus in quo formidinis, quam prudenti plus erat, apprehenso Augusto, fe post eum textit. Ea re Augustus, neque ita, neque commoti animi aliqua signa ostendit. Suetonius.

HELOGABALUS ebrius Amicos plerumque clauderebat, & subito nocte leones, & leopardos, & urfos exarmatos immitte-

bat, ita ut expergefati in cubiculo eodem, leones, urfos, pardos, cum luce, vel quod est gravius nocte invenirent: ex quo E plerique exanimati sunt. Lampridius.

JACOBO IV. Scaotorum rege ad Galliarum regem Oratores missi (quorum princeps erat Jacobus Ogilvius) in Norvegiam abrepti, cum in litus egressi essent, non ita longe in montibus homines, ut apparebat, villosos, ac quales vulgo pingunt, sylvestres appellatos, discurrere viderunt. Mox ab incolis edocti sunt, belluas eas esse, humana effigie, mutas, homines insigni persequentes odio: ceterum per lucem adeo meticolositas, ut nec in aspectum quidem prodire audeant: per noctem, villas gregatim invadere, nisi eas deterrentes canes arceant, ad quorum latratum statim fugiunt: sin per noctem canis abist, effraetis foribus, ades irruentes, cum tenebrae reverentiam humanioris occultent, quicquid in ea est occidere, ac devorare. Sunt enim tam immani corporis robore, ut medioeris magnitudinis arbores manibus evellant radicibus, & ramis inter se depugnent. Qua re exterriti legati, factis per noctem ingentibus ignibus, ac vigiliis dispositis, ubi nulla accepta noxa illuxisset, postidie immania linquentes littora cursum suum laeti repetierunt. H. Boeth. in Scotia.

FERDINANDO Aragonio Neapolitanorum rege Canulium versis cum exercitu profecto, exploratores praemissi agmen cervorum compascientium per noctem, quorum in ea regione belli tempore maxima est copia, animadvertentes, insigni errore Nicolaum Picinimum cum Joan. Andegaveni, qui regnum affectabat, & Tarentino principe se conjunxisset, & in armis instructos stare crediderunt, regique retulerunt. Ferdinandus, quò tanto hosti imparem se esse metueret, exercitum retrò Barolum duxit. Pontanus lib. 2. belli Neapolitani.

A GLADIO IMPENDENTE,

IMMINENTE, STRICTO.

DAMODES Philosophus athenator, cum Dionysii Syracusii tyranni potentiam, & opes extolleret, beatamque diceret ejus vitam, in tanta rerum opulentia: Dionysius eundem perendie vocavit ad cenam, gladiumque ferali ligatum supra caput ejus appendi iussit. Quo ille statim inter conandum confecto, praeter nimio superimminentis periculi metu, regalibus mensis abstinuit. Hoc pacto Dionysius tyrannos vivere, ac inter magnificos apparatus, imminenti periculo cruciati significavit. Cicero in Tusculanis.

PHICRATES capitis reus, juvenes cum gladiis in judicio collocavit: qui monstrantes capula Judicibus, terrorem eis inculcavit, ita ut reum absolverent. Polyneus lib. 3.

CAPTO à Brugenfium plebe Maximiliano I. & multis civibus, qui ejus partes fovebant, necatis, Nicolaus de Helst, priorem pensionarius, cum aliis accepit mortis sententiam: sed jam sub ictu gladii acclamante populo misericordiam, meruit vitam. Ceterum mortis vicinia metu conceptum pallorem per totam reliquam vitam retinuit. Cranzius lib. 13. cap. 10. Saxonia.

A FASCIBUS.

Erant Romae Fabio Ambusto filiz duae, quarum major Servio Sulpitio, tum consulari potestate Tribunus nupserat: Licinio Stoloni altera illustri quidem viro, sed plebeii ordinis. Erat forte minor Fabia apud forem, tempusque cum ea, ut sit, terebat. Accidit interea, ut liqores, qui magistratum praecedebant, ostium Tribuni, se domum recipientis, virgide more percussissent. Quo sonitu terrore, ut timidus. Ductum ab Apologo quopiam Aepico, quo narrat, Venatorem quandam passorem obvium rogasse, nunciabi leonem vidisset, ut eum sibi demonstraret. Atque cum respondisset: Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille: Satis est, inquit, neque enim ultra quicquam requiro. Erasmus in Adagis.

A TONITRU, EGLIPSI.

ARCHELAUS Macedonum rex in Solis deliquio, rerum naturae ignarus, & pavore attonitus, festinantius oculi regiam imperavit, & quòd afolebat in magno plerumque errore, comam filio decuti iussit. Cælius l. 7. c. 18. Lib. Antiq.

Bello Macedonico, quo Perthes rex debellatus fuit ingens Solis defectus contigit, quo non Macedones tantum regni sui excidium metuentes, verum etiam Romani ipsi vehementer terri fuerunt, quoad Sulpitius Gallus ex astronomia peritis rationibus Romanos suos confirmavit. Plut. in Emulo.

AUGUSTUS CAESAR tonitrua, & fulgura paulò infirmius expavecebat: ut semper, & ubique pedem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem majoris tempestatis suspicio.